



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Libellvs De Angelo Cvstode R. P. Francisci Albertini Soc. Iesv Theologi

Albertini, Francesco

Coloniae Agrippinae, M.D.C.XIV

Cap. 21. Quales oporteat esse conditiones familiaritatis initæ cum Angelo,  
tanquam ministro Iustitiæ, vt eum reuereamur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46785](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46785)

humilis, vt cum Angelum iustitiæ & vltionis diuinę ministrū reueremur: secūda amabilis et fiducia plena secūdam quam eū velut Misericordiæ dispensatorem agnoscimus. de quibus superius vberius tractatum est.

CAPVT XXI.

*QVALES SINT CONDI-  
tiones familiaritatis inita cum An-  
gelo, tanquam ministro iusti-  
tiæ, vt cum reue-  
reamur.*

**T**RIBVS conditionibus affe-  
cta esse debet familiaritas no-  
stra cum custode Angelo, dum reue-  
remur eum vti ministrum diuinæ iu-  
stitiæ, alioquin tā ab ingenuo timore *prima*  
quam Christiana modestia procul a- *conclusio*  
berit. Primò itaque cauendum, ne in  
præsentia ipsius ad indecentiam ali- *ad Cor.*  
quam effundaste, vel solum pedem *2.*  
nudando, nam idcirco voluit S. Pau- *S Bern.*  
lus foeminas in Ecclesijs etiam capi- *ser. 12. in*  
ta velare, cuius præcepti occasione *Psal. 90.*  
hortatur vnūquemq; nostrū S. Ber-  
nardus,

nardus, *In quouis diuersorio, in quouis angulo Angelo tuo reuerentiam habere nē audeas illo presente, quod videtur me non auleres.* Et sicut puer non audet inciuitatem vel insolentiam aliquam exercere coram Pædago suo, ita nec tu coram oculis Angeli, Angelum, inquit S. Chrysofomus, *habet vnusquisque credentium; si ergo Angelum habemus, sobriū simus tanquam si pædagoi quidam nobis adessent.*

*Chryso.  
hom. 3. in  
epist. ad  
Coloss.*

*Altera  
conditio.*

Secundò eriges altare in corde tuo, & omnia quamuis minima beneficia tanti pendes, vt nec ista, non dicam maiora, te recompensare posse existimes. Et quando quidem singulis prope momentis noua per Angelos dona in nos collocantur, sæpissimè etiā aut ad minus quoties horam sonat, gratiarum actio repetenda foret, maximè pro illis, quæ recenter accepimus, cum incessabili sollicitudine commendatos sibi fideles defendant ac dirigant, *In manibus portabūt te, nē fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* Alioquin  
timen-

*Psal. 90.*

timendum, nè leſi ingratitude no-  
 ſtra conſuetum benefaciendi mo-  
 rem abrumpant. Illuſtre exemplum  
 reuerentiæ erga Angelos dictatur  
 in libro Iofue. Cum enim genero-  
 ſiſſimo huic bellatori, priuſquam *Iof. 5o*  
 Iericho deſtrueret, Angelus Domi-  
 ni viſibiliter apparens opem ſe la-  
 turum polliceretur, ille beneficij  
 magnitudine ſuperatus in terram  
 proſtrauit ſe, & adorant cœleſtem  
 ſpiritum, omnia quæ ſibi impera-  
 rentur præſtare promiſit, *Cecidit*  
*Iofue pronus in terram & adorans*  
*ait, quid Dominus meus loquitur ad*  
*ſeruum ſuum?* Nec Angelus hoc  
 contentus præcepit Iofue, calcea-  
 menta ſolueret in ſignum profundæ  
 reuerentiæ, *Solue, inquit, calceamen-*  
*ta de pedibus tuis, locus enim in quo* *Lyran.*  
*ſtas ſanctus eſt.* Sanctus habebatur lo- *ibid.*  
 cus, inquit gloſſa & Lyranus, quia  
 Angelica dignitas ibi ſe ſpectandam  
 obtulerat.

Tertiò cauebis Angelum tuum  
 offendere, idque tantò ſollicitius,  
 quanto facilius cōtra puritatem &  
 con-

Bernard.  
serm. 1 de  
Angelis.

continuum eius munificentiam peccatur. Atque hunc respectum ac venerationem inculcat nobis D. Bernardus subiunctis verbis: *Pensate quanta etiam nobis sollicitudo opus est, ut dignos nos exhibeamus eorum frequentia, & eo modo conuersemus in conspectu Angelorum, ne forte sanctos offendamus obtutus: Vt enim nobis, si quando Angeli prouocati peccatis & negligentijs nostris indignos nos iudicauerint presentia & visitatione sua, ut iam necesse habeamus cum propheta plangere, & dicere:*

Psal. 37.

*Etos offendamus obtutus: Vt enim nobis, si quando Angeli prouocati peccatis & negligentijs nostris indignos nos iudicauerint presentia & visitatione sua, ut iam necesse habeamus cum propheta plangere, & dicere: Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt, & qui iuxta me erant de longe steterunt, & vim faciebant qui querebant animam meam, elongatis inimicorum eis, quorum presentia protegere, & propulsare poterat inimicum.*

CAPVT XXII.

*QVALEM OPORTEAT ESSE familiaritatem nostram cum Angelis custode, tanquam ministro misericordie vt eum amemus?*

Amar